

et Nobilium ubique existentibus editus. Et statuitur; ut ille Articulus tandem effectui tradatur.

§. 1. Limitatio autem istorum in Sclavonia et Croatia fiat statim, per Dominum Banum, cum Regnicolis. \*)

*Dica quaternorum florenorum a singulis Portis ad manus Thesaurarii offertur.*

A r t i c u l u s 14.

§. 5. In Sclavonia, more antiquo, medium solvatur et in usum illorum Confiniarum convertatur.

MATTHIAE II. IMPER. & REGIS DECRET. II. ANNI 1609. ARTIC. POST CORON.

*Excusatio Regnicolarum; quod exterarum Nationes a Regno Ungariae (et Sclavoniae) non penitus excluserint.*

A r t i c u l u s 11.

§. 4. Neque etiam est, quod putent externae Nationes, ipsos totaliter ab Ungaria et Sclavonia, ac partibus ei subjectis, exclusos esse; cum Civitatum (quae in quarto Statu Regni continentur) Incolae, pro majori parte, ex Germanica constant Natione.

§. 5. Neque id ulli mirum, aut in derogamen externae Nationis factum videri debet; si Status quoque et Ordines, ad exemplum aliorum Regnorum et Provinciarum totius Christianitatis (quae non exteris universa inter se officia, sed propriae Nationis hominibus gubernanda, conferre consueverunt) aliquid simile statuere debuerint.

*De poena eorum, qui lucri et stipendii cupiditate inducti; ad externas Nationes se contulerint.*

A r t i c u l u s 13.

Statuitur etiam; quod si qui Regnicolarum, turmatim, vel saltem frequentiori numero, absque praescitu et voluntate suae Majestatis; Ea vero absente; Domini Palatini, Supremorumque Regni Capitaneorum; in Sclavonia vero, Domini Bani; se ad exterarum Provincias clam, vel aperte Regno adversantes, contempto solo natali, lucri et stipendii cupiditate inducti contulerint; tales Capitis poena per suam Majestatem, vel Dominum Palatinum; in Sclavonia vero, Dominum Banum, Jure mediante irremissibiliter puniantur. \*\*)

*Contra excursions et Liberos Hajdones; quam poena procedi debeat?*

A r t i c u l u s 19.

De excursionibus et Liberais Hajdonibus, Articuli proxime praeteritae Dietae \*\*\* ) renovantur;

\*) Huc refer; An. 1635. art. 33. An. 1659. art. 1. Ani 1715. art. 113.

\*\*) Renov. An. 1613. art. 14.

\*\*\* ) Signantur; An. 1608. art. 20. post Coronat.